Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



lium sancti sepulchri ordinavit. In ipso loco Chunradus Maguntinus, Philippus Coloniensis, et Archiepiscopus Bremensis, Chunradus Ratizponensis, Heinricus Herbipolensis, Henricus Bragensis Episcopus, nec non et Dux Saxoniæ, Dux Dalmatiæ de Meran, Dux Austriæ, Dux Carinthiæ, et Heinricus Palatinus Comes de Reno, cum aliis innumeris Principibus tam Sæcularibus quam Spiritalibus, Comitibus quoque ac Nobilibus in præsentia Imperatoris crucem Christi acceperunt.

30) Godefridus Coloniensis ad annum 1197. Otto de S. Blasio c. 45. Rogerius Hovedenus Annal. Angl. ad an. 1197; aliique apud Struvium Corp. Hist. Germ.

31) Burglehner t. I, l. 13, c. 4: Hernach im Jahr Christi 1197 ist er (Bertholdus Dux Meraniæ) ~~Thur~~ bey dem Zwelfften Thurnier zu Nuerenberg gewesen.

32) Burglehner t. I, l. 13, c. 4. Raynaldus Annal. Eccl. ad an. 1198: ubi tamen eam non nisi Moraviæ Ducis filiam vocat: sed corrigitur a Mansio in notis: Errore communi aberrans Annalista Moraviæ Ducis filiam assignat Mariam, seu potius Agnetem, ut Gallica monumenta, teste Spondano, perpetuo illam appellant; Moraviæ, inquit, Ducis filiam assignat, cum potius Ducis Meraniæ filia exstiterit. Est autem Merania tractus ad Athesim fluvium, ubi nunc, ait Spondanus ad A. 1201. I. Principatus Tyrolensis consistit. Cæterum huic matrimonio totis viribus obstitere Cælestinus III et Innocentius III Romani Pontifices: et obtinuit tandem iste, ut Philippus Agnete dimissa, Isenburgem Daniæ Regis filiam toro et regno restitueret. Albericus Monachus trium fontium in Chronico, quod cum anno 1241, quo et florebat, absolvit, ad annum MCCI. scribit, „Eodem anno mater eorum„ (Philippi scilicet et Mariæ, quos Philippus Galliæ Rex ex Agnete genuerat), superintroducta moritur; et juxta Meduntum in Ecclesiam S. Corentii sepelitur, ubi Rex fecit Abbatiam centum et viginti Monialium.„ Guillelmus de Nangis, qui Chronicon suum cum sæculo claudit ad eumdem annum, rebus Concilii Suessionensis narratis subdit: „Regina vero Maria (Agnes) quam Philippus Rex superinduxerat, auditis divortii sui rumoribus, dolore anxia apud Possiniacum moritur.„ Ita Mansi in notis ad Raynaldum. Brunner Annal. Boic. l. 13, ad an. 1204: Agnetem

33) Godefridus Coloniensis ad an. 1198. Philippus Augustus ep. ad Innocentium III, in cujus initio Germaniæ Principes recensentur, qui Philippum elegerint, Magdeburgensis, Treuirensis, Bisuntinæ sedis Archiepiscopus, Ratizponensis, Frisingensis, Augustensis, Constantiensis, Estedensis, Wormatiensis, Spirensis, Episcopus, Brixiensis

I. Philippus Franciæ Rex eo nomine II. Engelbergæ Danæ per causam propinquitatis dimissæ superinduxit, ex eaque filium sibi cognominem tulit, quam iustam Regis sobolem Pontifex pronunciavit, etsi matrimonium id resciderat; manifesto argumento, ab Agnetis facto dolum malamque mentem abfuisse. Adelzreiter Annal. Boic. p. 1, l. 23: Philippus Rex Galliæ ex Agnete Merania Philippum et Joannem liberos suscepit, quos Innocentius III Pontifex, tametsi matrimonium improbaverat, Agnete defuncta, legitimos hæredes Pontificiis tabulis declaravit. Unde extra dubium est, Agnetem impedimenti nesciam, et Philippum bona fide, nonnullis Episcopis auctoribus auspicibusque nuptias contraxisse.